



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Sectæ nolunt in odio aut extra vnitatem Ecclesiæ esse. tit. 215

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

est malus : ergo & Papatus est malus : Episcopus, ut homo & in sua persona, est malus : ergo & Episcopus, &c. Apollo est adulterus ut homo, ergo matrimonium est malum, &c. Hæc euoniam discernere sectantur, nolunt, sunt schismati & contumaces prælatis. Quartò, quod grauant Ecclesiam, quia adorat patrem & mortuos homines, &c. Quod porrigit sacramentum sine calice, celebrat Missas pro defunctis, &c. non sit ea intentione, sicut hæretici ralsò calumnian tur Ecclesiam, sed hoc modo : Adoramus Christi divinitatem: veneramur, non adoramus sanctos: petimus in Missa, ut Deus propter Christum misereatur animabus, &c. etiam hæc supra annos mille fuerunt à sanctis patribus in Ecclesia obseruata, & nunc tanto tempore confirmata, vsq; in hunc diem in eadem immota permanent, &c. Non igitur habent sectæ iustas causas recedendi ab Ecclesia, sed odio & studio fathanæ fit. At Deus non est Deus dissensionis, sed pacis, 2. Corinth. 13.

*SECTÆ NOLUNT IN  
odio aut extra unitatem Eccle-  
siae esse.*

**A**ugustinus super Epistolam Ioann. tractatu 3. Exierunt plerique à nobis, & facti sunt Donatistæ. A nobis ipsis exierunt, non nos ab ipsis: quod sic probatur, nos manemus circa hæreditatem, quam Deus contulit Christo, & est hæc hæreditas, de qua Psalm. 28. inquit Deus Christo, Trado tibi in possessionem & hæreditatem terminos terræ. Ergo hæc fides est catholica & vera Christi fides, quæ commun icat, & non discrepat à toto orbe terrarum: sed vos

III 3 Dona.

Donatistæ non communicatis toti orbi terrarum  
toti yniuersitati redemptæ sanguine CHRISTI.  
Cum fide & secta vestra in angulo Africae solūm  
surratis. Ergo existis à nobis, & non habetis com  
munem ynitatem fidei nobiscum, & cùm sit yna  
des, Ecclesia, Baptisma, Ephes. 4. & Christus dñus  
non est, i. Cor. 1. ideo non estis de ynitate Ecclesiæ  
catholicæ, &c.

Secundò, Augustinus vult, si non habetis odium  
erga catholicos, & esse vultis de ynitate Ecclesiæ, qd  
tunc faciunt in vna ciuitate duæ Ecclesiæ? duo alta  
ria? quid tot conuicia? eradicationes? detractiones?  
spoliationes Ecclesiarum? quid inobedientia Pape &  
Imperatoris? ad quid prohibetur commercium, ne  
nobiscum loquantur, aut comedant, aut bibant? cur  
nolunt sepelire catholicos? baptizari & communica  
ri à catholicis & cæt? Habent enim tales charitatem,  
qualem Cain erga Abel fratrem suum, Gen. 4. & fra  
tres ad ipsum Ioseph, cui non poterant quicquam pa  
cificè loqui, Gene. 37. Non ergo se excusare poterunt  
de odio.

Tertiò, si nolunt esse in odio, cur non reconciliat  
ur Ecclesiæ catholicæ? Mat. 5. Vade reconciliari tri  
tri tuo. Cur non obediunt concilijs & maioribus Ec  
clesiæ? &c. Manifestat enim odium suum in corde et  
ga catholicos, oculis, lingua, manibus, &c. et non  
audient manibus ostendere iram, attamen in corde se  
det. At dicunt: Spiritu sumus vñiti omnibus recte cit  
tentibus in toto corde. Nolumus esse vñiti Papistis  
& alijs, qui sunt pessimæ vite, &c. Respondeo, primò  
ostendant, in mundo qui sint, quos putant ipse credere.  
Luterani dicunt Zwingianos errare, & è di  
uerso. sic Anabaptistæ &c. nulla secta hoc alteri con  
cedit, quod recte credat, sed quælibet putat propria  
fidem, quam ipsa habet, hanc solā esse veram; at cum  
sectæ inter se non concordant, sequitur quod vñi  
falis

filis & catholica fides, sola est vera: & quicunq; vult filius esse, opus est ut teneat catholicam fidem, inquit Athanasius.

Insuper, si vitant peccatores, nunquid non & ipsi orant sibi dimitti peccata, Mat. 6? Si orant, ergo & ipsi peccatores: Si non, arguit eos Apostolus 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipso scelucimus. Leuent ergo primum lapidem, &c. Ioan. 8. ix nulla igitur parte potest iustificari secta: in odio nuit & nutritur, extra vnitatem vniuersalem exiuit. felix igitur quē docuerit vncio Spiritus sancti, quod catholicus permaneat in fide, vita, &c. Communica- resub dupli specie, sacerdotem nubere, comedere tennes extra necessitatem, frangere ieiunia, &c. res in se nō est adeo mala, sed grauius peccatum est odium quam opus sectae, &c. Erasmus in Psalm. 83. Stultum est sic odisse mores quorundam pontificum, sacerdotum, Monachorum, vt ipsi fiamus deteriores: dete- rior fit, qui recedit ab Ecclesiæ consortio, aut in schi- fma vel hæresim demigrat, quam qui impurè viuit.

*AN IGNORANTES SE ESSERE  
sectarios, sint excusati.*

## TITVLVS CCXVI.

**N**O tandem primò, quod Deus ordina- uit in modo publicè denunciare Euani- gelium, Marc. ultimo. Ite in mundum & cat. & sic in omni terra diuulgatum est, quod nemo ignorat, saltem quo ad famam. Psal. 18. In omnem terram &cæ. Roman. 10. si quis nunc fidem Christi vult studio ignorare, hic nō excusat, 1. Corinth. 1. Prædicamus Christum crucifixum, Iudicis scandalum, gentibus stultitiam: subin- de publicè docetur, quod in Adam omnes peccauimus, Romanor. 5. & si quis vult liberari à tali pec- cato,

III 4